

¶ Richardi Sibylli salutatio facienda ad omnis
parentem virginē sub Mariane campane sono /
cui⁹ noīe Julij papa secundus cōcessit ignoscenci
as. 8000. annorum

Prima Salutatio

¶ cui sancta dedit sanctum clementia nomen
Sola salus hominis solaq; virgo parens
Si phas est terram celo dixisse salutem
Dico nunc vtero virgo benigna tuo
Virgo benigna tuo ventri nunc dico salutem
Vnde dei domini membra beata mei

Secunda Salutatio

¶ que summa tenes clementis nomina matris
Quam celum tellus et freta glauca vocant
Si licet impuri purissima queq; saluent
Virgineum pectus diua saluto tuū
Diua saluto tuum feruenti pectore pectus
In quo nil macule nil fuit vsq; mali

Tertia Salutatio

¶ que sceptrā gerts lati pulcherrima mundi
Et de clementi numine numen habes
Si par est inum supremo dicere salue
Vobilis o salue spiritus aio tibi
Spiritus aio tibi. multum clarissime salue
Omnia cui facilis sunt data dona dei

Conclusio

Quamuis illotis pedibus te virgo salutem
Tu tamen admittas vota precantis Amen

Finis



Triumphus Christianus
Abathie Funck Hayno-
uiensis.

FABIANVS FVNCK HAYNOVI
ensis Studiose Iuuentuti.

Dulcis ephēbe nouas refugis cur tāgere musas
Fatiferū: veluti carmīa: virus alant.
Pone supervacuū: trépida de mente: pauorem
Spurcicie nihil hec sacra poesis olet.
Non hic furta deū: coluit quos prisca vetustas
Cōmemorant: abest hinc procul atq; venus.
Carmīa casta leges christi referentia laudē
Dīte triūphato cum subit astra deus

Kat. Contr.

Reuerendissimo in christo patri
ac domino domino Theodorico Lubu
siensis Ecclesie Episcopo Mathi
as Funck Haynouiensis
philosophie Ma
gister S P D



Stonemillum Censorium

dignissime Presul dicitare solitū serunt. non modo negotii sed & oculi rationē exigendam. quo nullum sic tēpus inertia desidīaq; efflueret. quā preclārā quī dē sententiā cum altius mente repetiūssēm opere pretiū fore arbitratus sum. ut cū grauioribus occupationib; literariis exoneratus ferari cepissem. oculū id quod tēporis conditio attulit: suam aliquo ope condirem: ne torpor animū enervaret: vacationisq; id tempus licet pexiguū cū fruge transigerē. subiit & animū plinianū illud quo tempus omne peritare cēsetur quod litteris non impeditur. Varia igitur ut sit mente versanti accommodatiū visum est prorsus nihil: quo fastidiū cū fruge auerterem: tēporis etiā ratione habitat: quā ingeniū denuo penditārī: incudemq; poeticā iam longo temporis intervallo pene argenti accurata opera instruerem. ne diutina studii intermissione a multis alienus redderem. non ignorans quantum neglecte deflueret arti. eregione vero quam vim diligentia industriaq; assequeretur Subiecit & illud mihi calcar: ardentiusq; inflāmauit q; sine his litteris humanioribus politioribusq; hominū vitam alii insuauē ac horridā alii pene nec vitalē esse duxerūt. Materiam autē mihi q̄renti incidi in eā quē luculentissima est egregieq; tractari possit: si par illi ingeniū contigisset. quid enī preclārīus: quid musis digi nius: quā ea in re desudare in qua hūane salutis penecōsumatio sistere conspicitur. at minime trita est orbita: paucorūq; signata vestigiis. nō q; inuia sit aut salebrofa. multisve spinetis obstita aut ambagibus tortuosa. sed q; obsecatis mentibus. cymenīsq; tenebris ratione obducta ita passim miserī exorbitat; totaq; erramus via. pace bonorū dixerim: ut in sole etiā clarissimo cecutiāmus eo nanq; res deuenit. ut nūsi poemata pristīne aliquid superstitio nis ne dicā deliramenti sapiant. tanquā illepida delicatīsq; ad sto machū non facientia respuantur nauscamq; concitet: ea vero om

nibus absoluta nūeris existimantur quē portentuosa quedā figl mēta (qualia nec mēta capti cōmīniscerētur egri uel sōnia effin gerent) in titulo gerunt: q; si qui causentur eam esse poetices licen tiam ut cōmentitiis fabellis fascinare illis liceat nō inficias serim prorsus multa illis admissa: audendiq; quotibet dūmodo non tā tum progrediantur ut poetices dignitatē prostituant inelumbiq; nota inurant. cū spurcitiās indignaq; relatu efferentes in tenera adolescentulorū pectora semina mortis agant. cum nostro seculo errore eiecto: supstitiosaq; gentiliū vanitate penitus explosa. tāta sacrarū rerū filia: scribendiq; materia vndiq; sese offerat. ut quan tūvis torrens ingeniū hibernoq; rapatius amne in singulis etiā scriptitādīs exhauriretur ac deficeret. His igitur aniaduēsis no lui ingeniolū meū in sordes illas demergere: maluiq; sacrū aliqd ordini quā ut bullatis nugis merisq; ineptiis pagina mihi turgel ceret. Triūphū igitur christi subitantiis ut pene extempalibus ver sibus aggressus quod et ipse versuū cōcētus inelaboratus et sul humiserpens minimeq; assurgens facile indicat: intra paucos ip sum dies absolui Cū autē eundem ceu rude adhuc opus: linea nō dum attritū: scriniis indulsissem: ut tineas pasceret. tantisper dum sub incudem reuocatū tornatius expoliretur: ac tādē fronte pu micata emūctaq; in lucem prodiret subiit alia mentem cogitatio. ut vinculis solutū libere emitterem minacibusq; criticorū fluctib; exponerem q; vadū expiretur. fati; i eo minimi laboris opello for tunā expiri ratas quā in maiori tādē opere merceq; longe pre ciosiori periculū tentare: iacturāve pati Mutato igitur in arena: ut dicitur: consilio. edere constitui Ne autē tritū in nūcupandis in geniū monumentis morē preterirem quē passim inolenisse video querens cū hūc nostrū fortū nec dum satis maturū cōmēdarem cuius auctoritate alimidorū insultibus vindicaretur Te vnū mihi delegi pater reuerendissime cui addicere deuoueremq;. tu nanq; magno virtutum comitatu presidioq; septus ad istud dignitatis culmen euasisti ut inter precipuos sacre religionis ordinis nūc raris: nec id imerito cū ea quē in primis pontificē conspicuum reddunt in te effulgent clarissime: vite integritas et non protrita eruditio. quippe qui sūmorū pontificū decreta imperialiūq; legū sanctiones. ita a puero imbibisti ut quasi sacrariū quoddam legū iure optimo dici possis ut vix par tibi reperiatur: absit verbo inui dia: facessatq; adulationis qui ita callide inris nodos: ut ille ait: et legū enigmata soluat Trāseo poetice tenerionisq; etatis studia quib; a crepundis ita animū appulisti: tantūq; in eis es progressus ut nō alimje ut dicitur salutaris: sed in abdita penetralia admitt

A

L. n. : 400603

cuncta ad vngue didiceris. cen nunquā maioribus studiis dedit?
qua ex re id es assecutus. vt omnis sermo tuus vel extempora
lis suauē quandā redoleat eloquentiā dulcilepore conditā: ad per
suadendū quidvis acerrimā. efficacissimāq. et quia studiorū pa
ritas (Cicerone teste) ad fanorē conciliandū conciliatūq. arcūius
devinciendū momenti in se habere asseritur plurimū: hinc nūmū
rū antistes doctissime ingeniis faues. imprimisq. hūaniorū litte
rarū studiosos mirificabeniuentia prosequeris: p̄miis accumu
las: honoribus ornas: adeo vt merito poetarū politioresq. litteras
adamantiū Mecenas dici possis: qui has tibi vices rependunt vt
nomen tuū alias illustre: a longe lateq. ob singulares vtutes cele
berrimū laudibus veris ad astra ferut. posteritatiq. trāsmittentes
ab obliuionis iniuria vindicant. His immensū laudū tuarū pela
gus relinquo. innūeraq. et corporis et animi dotes: lepore poeti
tico decorandas. Ne si id mihi petulantius assumerē: in quo copi
osissimus quisq. ac aurea eloqui vena affluens: neros suos defa
tigaret: te alioquin idytrū calamistris poti⁹ inuoluisse quā illustrasse
iudicer Et si igitur nō sim nescius nomē tuū disertissimis illustri
um poetarū lucubrationibus ornatū iri. Ego tamen pro tempore
offero quod possum: exigū sane ac sordidū fateor: si quis nomis
tui splendore intueatur. sed satis amplū splendidumq. futurū si:
quicquid id est: quod tuo auspicio in publicū prodierit: non fueris
aspernatus. qua in re: et si ingeniū oppido non probabis mihi ta
men persuadeo speroq. industriā conatūq. non esse improbatū
Suscipe igitur pater Reuerendissime munus hoc carthaceū: aīo
hilarī: fronteq. serena: quo reliqua tibi grata soles: boniq. omnia
consule. Deuotissimūq. tibi Mathiam: si meretur: extremo saltē
clientū gregi ascribito. Vale pontiex meritissime: fauste felici
terq. Francophordii ad Oderam. Octauo kal. Iulii. Anno supra
sesquimillesimum Quartodecimo.

Triumphus Christianus

Mathie FuncK Haynouiesis Liberaliū
Artium ac philosophiæ magistri.

R dior illustrē: de victa morte. triūphum
Quē deus egit ouās. spolio cū clarus auerni
Effractis herebī claustris remeauit ab orco:
Atq. triūphali conscendit ad æthera ritu.
☞ Supplicibus quondā votis lassata faceffant
Numina vana deū: priscisq. vocate poetis
Phoebe vale procul abscedāt heliconā virentem
Que tenuere dui musq. modo dexter adesto et
Suggere sancte pater: sūmi regnator olympi
Ingeniū viresq. mihi: celebrare triūphum
Suffitiam natī. paribus qui semper habenis
Tecū fata regens terras moderatur & astra.
☞ Postq. res hominū fractas: cecidisse ruina
Precipiti: magnoq. premi sub fasce videret
Vrgentis vitij celestis conditor aulq:
Heu mortale genus: nec rursus surgere in altū
Aut propriatantas vi posse auoluere moles:
Excutere aut hūeris: homies miseratus egenos
Ferre laboranti scelerū sub pondere mundo
Auxilium statuīt: veterū expendisse malorū
Supplicia vt visum fuerat satis: ergo superno
Culmine demittens sobolem: mandata ferebat
A iij

Quo genus humanū casu releuaret acerbo.
Ardua siderei patris nil iussa moratus
Paruit edicto natus: letaq; capeffens
Fronte dei mandata citus/mortalia regna
Terrenosq; lares: fragili velatus amictu
Carnis adire parabat: & instaurare caducā
Naturā aggressus: maculas aboleuit auitas:
Sustulit & varios errores: atraq; mentis
Nubila discutiens: coepit morbosa prioris
Mutare in melius pariter contagia vitæ.
Inde procellosi iactatus turbine mundi.
Patris ad imperiū: tandem miserāda perēgit
Funera: ceu quondā venturi præscia vatum
Pectora: diuino cecinere afflata calore.
Vltima suscepti restabat meta laboris
Quo trepidos peteret manes. ditisq; superbi
Claustra manu q̄teret: foribusq; a cardie vulsis:
Ampla trophæa ferēs: supera ad cōvexa rediret
Ergo dies aderat sacris memorata prophetis:
Quo deus ad tantū voluit se accingere bellū:
Et tetrū vacuare chaos: superaddidit ipsi
Hic amor hic pietas stimulos: sub nocte sepultos
Spectatos pietate senes (deuota tonanti
Pectora) qui multis tulerant incomoda sæclis
Asserere: ac stigio letos educere nexu.
Nec mora contigerat christus stipante caterua

Spirituū: tetros adytus acherontis avari:
Horrendasq; domos ditis: caligine pressa
Aureus emicuit fulgor: tremefacta repente
Tam subitā nigri plutonis regia lucem
Horruit: ac triplici sonitu colubrina resoluit
Ianitor ora triceps: vinculis inflata veneno
Colla premi veritus: prisca nō immemor cui
Cum ferus alcides superas eduxit in oras
Atq; reluctantem radijs Hyperionis ipsum
Auricomī obiecit: liuens plangore remisso
Styx gemuit: calidas visu miserabile arenas
Flāmeus eructās phlegeton fumantibus vndis:
Aduentante deo: requie sopitus inertī
Murmura frenabat: torpentī gurgite strata:
Letheę iacueres simul vada languida ripe
Moestaq; Cocytī constrictē more paludis
Flumina: sistebant lapsus acherontis et vnde
Luctificos pressere sonos: planctuq; vacabant
Sordidus atq; Charon lacero vestitus amictu
Extemplo fragili sulcans vada liuida pinu
Littus in aduersum velis remisq; tetendit
Ora manusq; tremens: sortē versabat acerbā:
Nā Themis ediderat post secula mille futurū
Quo fera terribili Plutonis regia bello
Corrueret: manibus sacris excisa tonantis.
Interfusa vadis nouies styx alta supernos

Nil cuneos tenuit: christi phlegetonta repente:
Atq; acherontis aquas legiopenetravit: et ipso
Vestibulo sistens: postes quassavit ahenos:
Impete cum vasto christus: soluique iubebat:
Aere graui: portas: solidoque adamante ligatas.
Impacte sonuere fores: ymoque barathro
Is fragor intonuit: gemitumque dedere cauerna.
I licet implacidi manes: furique nocentes:
Cum duce funesto trepidabant: cuncta tumultu
Quassaque non modico: subitas instare cohortes
Ut sentire graui meditantes praelia dextra.
Tisiphone ante alios volitat limphata per orcum
Et furijs agitata suis: diuersa volutat
Consilia: ingentem quatiens pinum: vocat atrox
Vulgus in arma: simul crudas feritate sorores
Asperat: ac stimulis bellorum concitat ipsas.
Ne tamen in cautos subita delere ruina
Coelicolum possent atres adytumque recluso
Irruere ac multo penetrare in tartara ceterum
Obstruite gratos clamat feralis Erynnis
Obicibus postes: multoque repagula ferro
Consolidate: seras illisque aptate rigentes.
Quinetiam vastos illuc conuoluite moles
Iusti montis opus congestaque robora siluis
Nec mora continuo domine precepta facessit
Lecta manus lemurum: nigroque simillima nymbo

Ad portas effusa ruit: foribusque propinquat
Obiciunt vectes alij grandesque molares
Pars voluit humeris immania saxa: supinos
Precipitant etiam montes: labor vndique feruet
Sedulus: ad motus vallatur & omnia truncis
Claustra nec extremo cessat discrimine quicquam
Ecce autem imensas acies furiduuda coegit
Tisiphone interea magnoque accensa furore
Pallida Tenarij subiit penetralia regis
Exanguis populi magna comitante caterua.
Ingens Tartareo specus est extructa recessu
Rupibus excisis: duroque adamante cauata
Limina: ferrati postes: chalybumque metallo
Cuncta rigent: steropi bronti ac sudata labore
Non modico: densis locus est obscurior umbris
Obsitus et spissa noctis caligine: squallens
Horret ubique situs tetra fuligine mixtus
Lucus utrimque frequens vrget qui robore opacat
Omnigeno sedem geminis umbratque tenebris
Regia terrifici ditis penetralque tyranni
Quo residet fultus solio nigrante manuque
Horrida sceptrum tenens: ipsi frons torua: minaces
Scintillant oculi: nasus quoque prominet: intro
Discessere gene marcentes: labraque pendent
Tabida: cesaries mentum ceu silua coronat
Maiestate tamen dira metuendus inibat

Eumenis has sedes atq; intronissa repente
Vertice nudato dirū venerata Tyrannum
Sic plutona prior verbis aggressa profatur
Horrendūq; tonat. Venerabilis arbiter orci
Vmbrarumq; potens: herebi latissima regna
Qui solus ditioe tenes: rerumq; potiris
Qua vel in imensum latus diffunditur orbis.
Namq; tua exacto fatali tempore gentes
Iura superba tremūt pauide: quē fronte remissa:
Purpurei metuūt reges: crudiq; Tyranni.
Cur tua nūc virtus multos spectata p annos
Languit ante tubā: segni trepidatq; pauore.
Nōne vides que nos circūstent seua pericla:
Et quātis premimur bellis audere necesse est.
Rumpe moras: aciēq; moue: pulsoq; timore
Cōgredere: audētes solido fortuna reponit
Sepe loco: at misero euētu pessundat inertes.
En tibi nostrarū deuotas cerne sororum
Ad fera bella manus. casus comitamur in oēs
Quo fors cūq; trahat: latitātia mōstra baratro
Elíce. nec dubita vementi occurrere bello.
☞ Talibus incendit monitis Cocythia virgo:
Exacuitq; ducē stygiū. cui turbidus ira et:
Dentibus horrendū stridens: lugubria rursus
Verba refert pluto: talī obsidione teneri:
Nulla dies meminit manes: yrgemur iniquo

Pondere bellorū: manicis vincire cruentū
Raptorē licuit thalami: nostroq; superbum
Amphitrioniaden spolio: prohibere recessu
Tartareo valui: presens auertere nullis
Viribus excidiū dabitur: funesta parantur
Bella: cauernosos penitus versura penates.
Nam genus ethereū nī mens presaga malorū
Falliē. arma mouet: frustra conamur olympū
Contra ferre manus: imensa luce choruscet
Dux animo belloq; potēs: testatur abunde
Fulgor adesse deū. nihil hic Titania pubes
Libera carceribus: cœcoq; emissa barathro
Profuerit: rapidū spargēs vel ab ore chimæra
Vulcanū: briareus centū licet arma lacertis
Concuteret: vasta vel qui sub mole sepultus
Ethnea recubat flāmiuomus ipse Typheus
Trinacrie laxet nodos: fremituq; seuerō
Congredere: erit labor is tamē omnis inanīs.
☞ Aut non audaci furie fiducia cessit:
Nec flāmata prius dictis lenita refrixit:
Sed magis exarsit rabies: placet alea Martis:
Conferere atq; manus hosti: et tētare periclū.
Ipsa quoq; ante alios lectis vallata cateruis
Innūeras cogit turmas telisq; coruscet
Flagrantis quatiēs tedas: hastamq; trabalem
Effera & ardentes voluit sub pectore curas

Quos in frōte globos sistat: quē roborā claudāt.
Extremos cuneos: legio succurrere fessis
Que ve laborantes posset firmare phalanges
Et reuocare fuga victosq; animare furore
Rursus in arma ruāt: partitur & ordine terno
Tisiphone exangues acies. seruare Megeram.
Mandat atrox dextrū cornu: sed torua sinistrū
Temperat alecto: litui cum signa mouere
Raucifono cātu monuere ac timpana bombis.
Agmina non vno telorū instructa paratu
Conspicienda volant: furcas gestare bicornes
Pars visa est: alij longos attollere contos:
Fustibus armantur quidā: sudibusq; prevstis
Gesq; concutiūt alij: pars missile telum
Quod situs exedit vibrāt: vncosq; tridentes.
Sed quis nulla fuit prorsus data copia ferri
Velitibus: risu certe res digna soluto:
His onerare sinus fulua precepit arena
Tisiphone: et vacuos prodire vetabat i hostes.
E Iā prope cōstiterat portas exercitus omnis
Arma tenens. alia cū protinus æra crepabāt
Parte: simul valido quassata est porta tumultu
Impulseq; fores vastū fecere fragorem.
Pallida quo tremuit regio lateq; resultans
Extremos etiā penetrauit adusq; recessus
Terrigenū: resonis vocem geminare latebris

Tartarus incipiens: hec horrida verba ferebat
Cū gemitu: exangues etiā terrentia manes.
Tollite vos reges: portas attollite vestras:
Tollite christus adest: posteq; recludite mortis
Inferat ut gressum: quē gloria sūma coronat
Rex super astra potens: vite certissimus autor.
Extulit innūeras voces: lethæa vicissim
Turba: nec vnisono fremitu: discordia multū
Murmura confudit: rugitus nāq; leonum
Latratusq; canū thaurinos atq; boatus
Expressere sonis manes. stygiasq; p vmbas
Raptores vlulare lupos: et rudere onagros:
Frēdere apros: fregisse putesq; tonitrua nubes.
Horrissona illisas duris aut cantibus vndas.
Tam discors fuerat confusū murmur auerne
Militiq; postquā tenuere silentia cūcti.
Continuo imani truculenta megera boatu
Iussa: tonat verbis: ac dicta minantia reddit.
Quis rex ille potēs quem gloria sūma coronat.
Non impune tulit: quicūq; laceffere bello
Nixus adhuc manes: nostrasue intrare latebras.
Dū licet & tutū est: gressus reuocate sub auras
Aethereas: ne vos dominādī insana cupido
Precipitet miseros: & clade trucidet acerba.
Vociferans demū portas attollite vestras:
Tartarei reges: mundi saluator Iesus

Impulit gratos forti molimine postes
Quo labefacta graui cessere repagula pulsu: et
Procubuere fores: imisque a sedibus acta
Limina: auernalis regni: traxere ruinam.
Saxea precipiti turris velut icta rotatu
Tormenti: nutat primum compage soluta:
Inde labat: secum violento turbine sternens:
Putrida: longeuum nimium: fundamina molis.
Extemplo attoniti casu: vastaque ruina
Portarum postquam nullum munimen in armis
Praesidiumque vident: tetro flexere pautes
Cum pede signa duces: furibus languebat inertis
Effera vis animi: virtusque effracta cadebat.
Terga fuge cuncti dederant et opaca subiuit
Tartara moesta phalanx: imo et se meruit hiatu.
Nec potuit rutilum christi tolerare nitor: em.
Semper enim obscuris tenebris assueta sathanum
Turba: iubar lucis refugit lumenque veretur.
Hinc patuere nigri primum penetralia ditis
Semper operta prius: sedet hic orbata quiete:
Turba prophana virum: duris quam a lictis flagellis
Exoluit meritas turpi pro crimine penas
Fumidus hic etiam flammarum mole capaci
Vndat apex: animasque rotans iaculatur in altum
Supplitiisque urget miseris versatque nocentes
Ceu pelusiace rapido voluntur ahenos

Lentis grana: furens si circum lambere coepit
Vulcanus latrices: estuque rotare calenti.
Tum deus horrida platonem voce rudentem
Eductum latebris: quibus incumbente latebat
Marte pauens: chalybum nodis: teretique cathena
Vinxit: flammis uomisque illum tormenta camino
Ferre volens: minuit vires & fraudis ademittit
Mille sibi laqueos: homines seducere dolis
Ne tantis valeat: caeloque auertere mentes:
Atque latens animis scelerum inspirare venenum.
His propere exactis: christus per inane citatum
Post molitur iter chaos: ut secreta videret
Atria: diuidui seculis ubi mille parentes:
Gens adamata deo: furuis sedere tenebris.
Ocius utque pigram christus discusserat umbram
Conuentu sistens medio: gaussa parentum
Concio: praedulci lachrymas ardore ciebat.
Ceu tepidos fudit rores: guttisque rigabat
Ora pijs: gressus inopino tendere casu
Vidit ut Anchises natum per florea prata
Elisij: ac nigras herebi venisse sub umbras.
Tum prior ista refert dominus: secludite curas
Et firmate animum: moestumque fugate pauorem.
O dilecta cohors: iam vestra ergascula soluo.
En promissa fides: supera delapsus ab arce
Patris: adiungam miseras terras moribundaque sumpsit
Bij

Membra graues hominū subiꝑꝫ tulꝑꝫ labores
Nūc rapidū ardorē: gelidę nūc tristia brumę
Frigora: pauperiem duręꝫ incomoda sortis:
Fortunęꝫ vices: & denꝑꝫ quidquid acerbum
Mundus habet: fœdę pariter conuítia línę
Sacrilegasꝫ manus populi: qbus actus in altā
Sublatuꝫ crucē: gentis post lassā prophanę
Verbera procubui exauimís : confectus amaro
Funere: cūcta tulí quecūꝫ afflata superno
Numine: perplexis cecinere ambagibus olím:
Fatidíci vates post secula mille futura.
Triste nihil superest: casus euasimus omnes.
Metaꝫ supremi nobis decursa laboris.
Prēdimus & portus: nos mūdi nulla charybdís
Scylla nec attriuit: cōmissa piacula mundi.
Soluimus: exhaustos posthac iterare labores
Nulla dies adiget: calcata morte supernum
Limen ouans repetā: solennes ducite pompas
Foelices animę: penitus mœroris fugato.
Elysías mecū sedes: & amœna petetis
Sydera: cādentem superantes lampada phœbi
Ore micante: nouas lustratis sordibus orci
Inducam vobis facies: talꝑꝫ nouati
Dehinc spetie: semp mecū pociemíní olympo.
Est vbi certa quies: nullis agitata procellis:
Atqꝫ dolore vacans semper mansura voluptas.

¶ Hęc deus. íde vices nactꝑꝫ : & idonea fandí
Tempora: concordí patres símulo ore sonabāt.
O promíssa salus: o spes longęua parentum
Expectata diu: votis ardentibus: inter
Marcētes herebí tenebras: & tetra profundí
Claustra solí: tandem miserís: lature salutem:
Christe venís patribus: certam píam numíam nobís
Seruauere fidem: cum nūc datur ora tueri
O deus alme tua: & tecū conferre loquelas.
Anxia iamdudū suspíría nostra vocabant
Larga requirebant quoꝫ te lamenta: fuísti
Spes de spe certís et consolatio magna in
Tormento positís: tua sed pręsentía curís
Corda leuat: questus etiám quos fudimus vsqꝫ
Trístes: illustri conspecta luce quierunt
O ímmensus. amor pietas incogníta: que te
Vícit adire domos tristí caligine mersas.
Rumpere ferratas manícas: & compede vinctos
Exuere: ac placídā posthac spondere quíetē.
Duc nos christe potēs sequimur: te glória solū
Tanta manet: miserę post tot discrimína vitæ.
Horrendū spoliare chaos: confringere dítis
Ferreá claustra manu: vinctís exoluere patres
Quos aluit spes longa tui: tristísꝫ molestas
Exilíj truncare moras: stygiūꝫ Tyrannum
Vicere: ad æthereas sedes & opíma referre. B ílj

Talia longuū christo responsa ferebant
Patres. letificus exceperat vltima plausus
Verba. percussus tonuit fragor: omnia late
Ingeminata: cauis plausū fecere latebris.
Nec mora magnanīmū lēta cinxere corona
Victorem gratata cohors: pēana sacratum
Concinuere: domos linquentes dītis auarī.
Inclytus ante alios dauid psallebat eburna
(Carmīa casta) cheli: christī referentia laudem.
Innūeris quī et si cumularer laudibus istud
Conditōnis opus: moles operosa capacis
Quo fundata stetit mundi: imbutūq; vigore
Q; genus humanū cēlesti mente crearit:
At pietatis opus: quod inenarrabilis ardor
Suaferat: imprimis fidibus celebrabat amoenis:
Ft prima repetens ab origine: cūcta reuoluit.
Vt paradisiacas sedes: & amœna vireta
Fœlicis nemoris: primæuo habitanda parenti
Fauerit altitonās: eademq; nepotibus olim
Arua daturus erat: nī Adamus fraude colubri
Lusus: et illecebris captus mulieris amate:
Noxia fatifera temerasset guttura fruge.
Inde per assyrie gentis monumenta recurrens
Sacra polo delata: simul cōmertia cœli:
Cū genus æthereū humana sub imagine se se
Vitanti rapidos soles monstrauit habramo

Insonuit neruis: nectens resoluta molesto
Colla iugo populī: truculentū ferre Tyrannū.
Qui vrgebat inops centū quater vsq; p annos.
Hinc iter insolitū siccis per marmora plantis
Ceus scopulis pendente salo: mersūq; profundo
Nilīacū regē temere vt furibundus et expers
Mentis arenosū per iter comitatus inermes
Iudæe populos: acies vt fuderit inde
Præsidio munita dei: gentesq; subegit:
Obuia terrifico portantes arma tumultu.
Gens recutita: pio semper dilecta tonanti.
Vtq; sub ymbrosa rutilans his nocte colūpna
Securū patefecit iter: callemq; reclusit:
Per quē nulla prius populus vestigia tersit
Iudaicus: nec erat gressu tentatus auorum.
Addidit ætherea saturatos messe parentes:
Dū tenuata fame: incultū peragraret eremū:
Arua palestine repetens: patriosq; penates
Libera turba iugo pharaonis: & ora leuarit
Vt sitibunda nimis saxosa rupe scatenti
Flumine: dehinc sequas acies belliq; fragorem
Indomitū: quī tecta sionis atroce premebat
Marte: nec auerti poterat sine numine diuum
Auxilioq; dei: solymas discrimine in omni
Quod seruauit opes: tutosq; ab hoste prophāo
Prestitit hebreos. dū non peregrina secuti

Orgia: saluifici temerassent sacra tonantis
Sed veteri patrū ritu durante litassent.
¶ His pariter :iunxit sperata fluentibus annis
Tempora : fatidico quondā celeberrima cantu:
Quo deus humana velatus imagine: lapsum
Instaurare genus hominū: meditatus olympi
Stellatas liquit sedes: & amabile regnum
Deseruit coeli: cupiens abolere parentum
Exitiale scelus/ superum & placare furorem.
Conciliare patri: quos irreuerentia diuum
Reddidit inuisos celo: longisq; merentes
Exilijs tenuit: patria q; arcebat auita.
Talía dulcisonis pulsabat carmina neruis
Psalmographus vates: dum circumfusus auorū
Exultante globo christus iam victor auerni
Excessit letale chaos: mœstasq; silentium
Destituit sedes: spolijs decoratus opimis.
Dite triūphato hic superas remeauit ad auras:
Dū nox prona nouę cessit moderamina luci.:
Clarus & eo rubuit iam cardine primum
Lucifer: & radios humentibus extulit vndis
Phœbus agens saturos assueto calle iugales.
Hinc tumultū repetens exangues induit artus
Et moribunda prius: sed nulli obnoxia mortī
Posthac mēbra ligans anime: solidauit vtrūq;
Fœdere perpetuo: matrē hinc q; naufraga luctu

Fleuit in exhaustū: crudeli vulnere rapta
Pignora solatus: lachrymas luctūq; repressit
Virginis: ac dulci mutauit tristia risu.
¶ Protinus vt victor superas euasit ad auras
Christus: agens secū predam illethalis orci.
Magna serenato testatus gaudia vultu
Mundus ouans: letis elemēta per oīa fulsit
Indicijs: aer subito rarefcere cœpit
Crassior: & nebulas tandem disclusit inertes
Limpidiore micans facie phœbeius ardor
Clarior a prima nascentis origine mundi
Illuxisse dies non vlla putatur: amœno
¶ Sic rutilans fulgore: velut radiare serenus
Nubibus eiectis conspectus in æthere candor:
Illius est lucis: quo christus ad astra meabat.
Hinc rigido constricta gelu: remorataq; cursu
Flumina: præcipitant lapsus pronosq; recurrūt
Gurgite: squamosumq; pecus salientibus vndis
Ludit: & ingenti reboant plangore lacune
Ranarū: veteres iterantū more querelas.
Quin spoliata comis: omniq; orbata decore:
Frondebis induitur tūc silua recentibus: atq;
Fundit humus genialis opes: stellantia florum
Germīna: odorato vestitur gramine campus
Herbifer: atq; seges fœcundis surgit in aruis
Letior erectis vites in collibus vuis

Se sociant: etiā plaudit genus omne volucrū
 Artifici & dulces modulatur gutture cantus.
 Consonat inde nemus: letisq; arbuta resultant
 Vocibus: ante alias placido clamore volucres
 Instituit philomena modos: nec lassā diurno
 Tempore: perpetuis noctu quoq; psonat odis.
 Omnia sic reduci christo applausere creata.
 Hinc ubi certa dedit fidei monumenta: labātes
 Firmavitq; animos: nec post dubitantia: soluit
 Corda metu: sublimis abit per inane: superni
 Atria celsa petens: atq; ignea tecta: parentis.
 Conscia debiliū neruorū musa recusat
 Grande onus: ac hūeris impar: ne forte labaret
 Pōdere pressa graui: plectro meliore triūphus
 Hic cantādus erit: mihi sūt in carmine vires
 Exiguae: venaq; liquor fluit aridiorē
 Castalius nobis: cōcepta desistere cogar
 Ire via: nisi tu miserans succurrere tentas
 Christe potens archana tui reserando triūphi.
 Ergo ades: & nobis solennes ordine pompas
 Digere: quā celebrī repetisti sydera coetu.
 Est locus a solymis modico discrimine distans
 Membus in paruū surgente tumore leuatus
 Collem: pacifere retinens cognomen oliuē.
 Quē mortalis adhuc christus: comitāte suorū
 Agmine: diuino fufurus vota parenti:

Sēpius ascendit: quo tunc duodena coibat
 Turba dei: iussu: christi vifura triumphū.
 Iamq; frequēs aderat comitū delecta suorum
 Concio: tum monitis animos formabat amicis
 Et mandata dedit: pauidas solantia mentes.
 ¶ Ecce autē medio christus sermone: stupendū
 Destituit socios: & circumfusus amœna
 Nube: serenatos cūctis mirantibus inde
 Aeris ascendit tractus: victritia secum
 Signa ferēs: domito rapta atq; ex hoste trophœa
 Tartareo: comitatur enim stipatius illum
 Agmen: auernali quod traxerat ante barathro:
 Et numerosa senū legio iuuenūq; caterue.
 Omnes hij niueis albentes vestibibus alta
 Sydera scandeant: letum pœana canentes.
 Nec confusa tamen: nullo discrimine christū
 Tanta cohors sequitur: certa statione dirēpti
 Sublimes liquidū tranabāt aera mentes.
 Prēcipua pietate senes: quos prisca tulerunt
 Sēcula: nascentis mundi: propiore meabant
 Ordine: longēuus turbam ducebat ouātem
 Adamus: suadente gula qui noxia carpsit
 Pabula: & Elifij pulsus viridantibus hortis
 Exul in erumnas cecidit: mundi q; labores:
 Mœsta q; lugubris transēgit tempora vitē.
 Illius herebat lateri gratissima diuis

Cata-
 logus
 patrū

Adam
 us

Abd

Cij

Orgia quo faciente: ruens ex æthere summo
Ignis edax: rapidis coepit depascere flammis
Libamenta quibus grauiter truculentus in ira
Exardens germanus. eum crudelibus armis
Hoc Sustulit: hinc nauem pelagus surgentibus undis
Diluuij qui passus erat: sulcare sine villo
Remige: permittens ventis agitare carinam
Dum penitus pressus seruaret semina mundo
Abraham Exundante mari: post hunc preputia primus
Isaac Qui posuit: natusque simul mactandus ad aras
Leth Sic urgente dei monitu. scelerataque noscens
Moenia sordentis patrie: ruitura superno
Sulphure: et ardentes volitare per ardua flamas
Culmina: linquebat pollutas crimine sedes.
Jacob Tum qui colla iugo bis septem subdidit annis
Seruitij: pulchram dum querit habere puellam
Conubio iunctam stabili. tum deinde secutus
Ioseph Quique soporatus vidit sub imagine somni
Prostratos fratrum se submisisse manipulos:
Velut adorantes proprium: portenta futuri
Job Euentus. tandem cuius patientia nullis
Succubuit firmata malis: sortitue sinistre
Terga dedit: quamuis numerosa strage perirent
Et domus et pecudes & non spernenda propago.
Hinc alij subiere patres lectissima vatum
Agmina: quos inter claro fulgebat honore

Equibus icta manu redeunt discrimina vocum.
Nec caua mellito cessabant Tympana bombo
Increpitare alij: buxumque inflare sonantem
Iucundumue melos grato resonare susurro
Sambucę: loca sed christo propiora tenentes
Hij testudineam plectro pulsare canoro
Aggressi cytharam: celeres hinc inde volanti
Tangebant digitos modulos. mulcebat & aures
Artifici versata manu lyra: bractea pulsu
Barbitos argutas edebat dulciter odas
Nec vacat inflexo berecynthia Tibia cornu
Sistraque Nilivacus quibus est ploratus osiris
Tunduntur: phrygijs lassataque cymbala sacris.
Iubila ubique sonant: certatur laudibus inter
Coelicolas: hymnos & claris grata triumphis
Carmina fundebant suauimodulamine diui.
Ventum erat ad culmen coeli: de cemplicis arcem
Excelsumque dei solium. suprema cacumina mundi
Quo deus imensa circumfluus undique luce:
Instillante throno residens: complectitur orbem
Imperioque premit terras coelumque profundum
Illius ad dextram natus victorque receptus
Maiestate par: solio consedit in alto
Mox quibus affusus numen celebrare triforme
Coelituum: chorus omnis ouans exorsus: in eum
Continuit laudes gratee egitque tonanti.

Mulceat electos quantum sincera voluptas:
 Nil grauibus debens curis: cum pascit ipsa
 Obtutu mens casta dei: faciemq; tuetur
 Numis ætherei: leuibus narrare camœnis
 Est vetitum. debent superūq; archana taceri.
 Nec temerare decet diuū mysteria quemquā:
 In quibus omis hebet sensus: ratioq; fatiscit
 Humana: at spoliū postq; mortale relinquet
 Mens homis: luteasq; domos egressa: supernas
 (Sordibus exutis) sedes intrabit olympi:
 Tum sua diuino faciabit lumina vultu
 Præmiaq; exhausti capiet sudoris abunde.

Impressa est hec de christi Triūpho filula. Francofordii
 a Iohanne Hanaui ingeniosissimo Calcographo
 Anno quartodecimo supra sesquimillesimum
 absoluta. Quinto kalendas Iulias.

Ad candidū lectore ne mendis irreptitiisq; erroribus proterue ni-
 mis insulter que vel litterarū inuersione aut omissione offenden-
 tur facit: sed pie potius emendet humane memor fragilitatis Nā
 & si centū quis sept⁹ lūibus velut alter Argus esset nec tamē oīa
 effugeret quin errori alicui scripta eius obnoxia foret cum multa
 Calcographorū interdū frigidiori cura mende inspargantur.

Dispungenda meo fuerit si menda libello
 Dilue & erratū consule queso boni
 Vix etenim poterint turpē vitare liturā
 Tam subitis que sunt carmina pressa notis.


HERMANNI TREBELII NOTIANI
 Iurisperiti: In Mathiæ Scintillæ Triūphū
 Christianum Hendecasyllabi

Vulgares alij petunt fauores:
 Plausus: murmura: gloriā fugacem:
 Vel forte (ingenuis negata Musis)
 Auri pondera præmiū laboris:
 Dum mortalia facta: dum furores:
 Dū vota impia principū ducumq;
 Cōmentos quoq; dum canūt triūphos:
 At Scintilla meus nihil Mathias
 Quælitū putat obuijs fauorem:
 Ridens iuditiū proteruiētis
 Vulgi nec popularibus susurris
 Aurē præbet ouās: nec ore ficto:
 Pro vanis numeris leuiq; Musa:
 Iusti ponderis aureos trecentos
 Nūmos expetit: altiora poscens:
 Quæ nullis peritura sint diebus:
 Quæ reges nequeant potente censu
 Aut sūmī dare principes petenti:
 Sed solus pater ille qui supernos
 Ciues: qui mare: tartarū profundum
 Qui terrā regit omnia & ministrat.
 Hinc altus rapitur pius Mathias:
 Et sūmum recolit deum canendo
 Narrās de Styge Coelicū Triūphum:
 Quæsitos hominū manu triūphos:
 Res fictas: leuibus viris relinquens:
 EX TEMPORE.



In Insignia Presulis Lubusiani.

Cur hec arma gerunt vncos stellisque notantur
 Celestisque color fulgida poma tenet
 Pro merito prestat honos hinc talia sacrum
 Arma decent patre pontificumque decus



¶ Heroicum Macarii Mutij de triumpho Christi / cui
 annexum est Elegiacum Magistri Pauli Crosneſi, Ru-
 theni ad diuam virginem Mariam /

Epigramma Magistri Pauli Crosneſi ad Rosam Ma-
 gnetici dñi Stanislai Crepicij Capitanei Vielumneſi,

Que rosa acidalie fueras dilecta dione
 Sedereisq; simul nobilitata choris.
 Si tibi psimili queris consistere vultu
 Limina Crepicie sunt aduenda domo
 Inuenies illhic dñm | q; vincat honestis
 Adoribus heros | religiõe | iocis

¶ Rosa Ad Lectorem.

Est rosa Cyprica multum celebrata diõe
 At ego sum dño famigerata meo.